



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Spargitur Societatis fama per Canisium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

conuictum liberos primi tradidere. Ergo in tanta temporum labe, & corruptione, præcipitiq; quodam lapsu, ac potius furiosa ruina in hæresim, apparet quantum Austria beneficij à Deo per Canisium acceperit.

Eodemq; tempore in alienas quoq; Prouincias, atq; regna per eius nomen, & operam Deus societati aditum præparabat. Nam Strigoniensis Archiepiscopus in Hungaria, Transylvanus in sua Prouincia Collegia offerebant: & instabat Vratislauiensis apud Regem Romanorum, & Nuntium Apostolicum per literas, & Legato misso. Ad hæc Martinus Cromerus (cuius extant de Poloniæ rebus laudatæ Historiæ) cum Legatus à Sigismundo Rege ad Ferdinandum venisset, Canisij captus sancta, doctaq; consuetudine, cognitaque societate, eam Polonis Principibus, maximeque Stanislao Hosio Varmieni Episcopo, posteaque Cardinali plurimum commendauit. Atque Hosius vt erat vir egregiè doctus, & ardens studio religionis, iam tum in cogitationem venit Societati Collegium excitandi in sua Diocesi; & Canisium ita diligere, facereq; tanti cœpit, vt eius consilia multum exquireret, præsertim de operibus,

*Spargitur  
Societatis  
fama per  
Canisium.*

*Stanislao  
Hosio con-  
ciliatur.*